

Nouit em̄ cui adhibeat est? cupi-
 ditatis. cui illecebras gule. cui im-
 ponat incitamenta luxurie. cui infu-
 dat virus inuidie. omnium discu-
 tit consuetudines. ventilat curas.
 considerat affectus. et inquit causas
 nocendi. ubi quecumque videntur studio
 suis occupari. unde bene figurat
 est per goliath qui filios israel ipu-
 gnauit. contra quem precessit dauid
 cum baculo et quinqz lapidibus. et vi-
 cit eum amputans sibi caput. Da-
 uid interpretat manu fortis. et si-
 gnificat quemlibet christianum qui det
 pugnare contra goliath. id est dyabolum
 cum baculo sancte crucis. et quinqz
 lapidibus. id est vulneribus ihesu christi ea
 iugiter in corde meditando. **Quar-**
to surgere debem? ut ad iudicium
veniam? Ioel. iij. Confurgent ge-
tes et ascendent in vallē iosaphat
quibus sedeo ut iudicem omnes gen-
tes in circuitu. sicut dicitur. iij. sente-
ciarum. Veniēte dño ad iudicium.
boni leuabuntur ad eum in aera su-
p vallem iosaphat. quibus iudica-
bunt in aere. Mali autē remane-
bunt in terra quam dilexerunt. De
ista resurrectione dicit Ihero. Si-
ue bibam siue comedam. requie-
re in sermone. Videbunt filium hominis.
Matth. xx. media nocte clamor
factus est. ecce sponsus venit. tunc
surrexerunt omnes virgines ille-
id est omnes boni et mali surgunt.
Sequitur. Et que parate erant
intrauerunt cum eo ad nuptias.

scilicet eternas. quas nobis pre-
 stare dignetur. etc.

Domica secunda.

f. liij.

Hec est voluntas dei sancti-
 ficatio. **Thes. iij.**
 querit a sapiente **Dap-**
ix. Quis poterit cogitare quid ve-
 lit deus. huic questioni respondit
 paulus qui raptus est usque ad ter-
 cum celum. ibi audiuit archana que
 non licent hominibus loqui. Dicit ei
 quod voluntas dei est sanctificatio. et
 ista. id est mundicia. Possunt autem
 ista notare scilicet per modum a quibus mun-
 dari debem. secundum mundos nos
 tenere. tertium per quid mundari de-
 bem. Circa primum nota quod mun-
 dari debem. a peccato. **Ihere. iij.** la-
 ua a malicia cor tuum. Nam mali-
 cia maculat animam sicut immun-
 dicia corpus. **Ihere. ij.** Maculata
 es in iniquitate tua. **ps.** Corrupti
 sunt et abominabiles facti sunt
 in iniquitatibus suis. **Matth. xv.** De
 corde exeunt cogitationes. ut homi-
 cidia. detractiones. adulteria. hec
 sunt que conquinant hominem.
Bern. Nunquam fetet vni? putridus?
 canis in conspectu hominum. sicut
 peccator in conspectu dei et angelorum.
Exemplum in vitis patris de angelis
 que obturauerunt nares in conspectu
 eius. **luxuriosi. Require in sermo-**
ne. Non sum? concupiscentes. Ab
ista ergo immundicia sanctificari